die 5 Augusti. Ex Okazyey podanego Wczoray od Ichmćw PP. Deputatow Sposobu do Ewin-kulacyi Ichmć PP. Plenipotentiarij nie tracąc czasu, dali dziś declarationem fina-lem ex Parte Sua, ktora patet in Annexis.

Declaratio Finalis et Ultimaria ex Parte Plenipotentiariorum S. R. Mtis ratione Evinculationis Confoederationum utrarumque quo, ad quomodo et quando, die 5 Augusti 1716. alteri Parti consignata.

1mo Supposito, quod S. R. Mtas prehabitâ à Statibus Reipublicæ reali et infallibili certitudine, exnunc provisæ sufficientis Securitatis Legalis et armatæ pro defensione sua et Regni totius contra quosvis Externos et Internos Insultus Evacuationem Copiarum Saxonicarum, nunquam amplius reinducendarum, post subscriptionem et ratificationem mutuam Tractatus in Termino constituto realiter et effective implendam, tum observantiam Pactorum Conventorum in posterum, à se manute-nendam stipuletur et exequatur, necesse est ut viceversa Confoederationes Nobili-tares utriusque Gentis, cointinuè, ut asseritur factæ, obtento suo fine statim in eo-dem Tractatu circumscribantur, atque quo ad Substantiam, scilicet quo ad Vim Vinculi sui dissolvantur, absque ulla prorsus reservatione prætensionum præte-ritarum ad S. R. Mtem et ad eos qui fideliter et constanter Partes suas huiusque secuti sunt et sequuntur. Quantum verò attinet restabilimentum Legum, si gratiosum S. Ræ Mtis accesserit beneplacitum, poterunt præfatæ Confoedera-tiones Nobilitares utriusque Gentis exemplo Confoederationis Golombiensis ad Nor-mam Constitutionis Anni 1672. folio 1mo in Comitijs Generalibus Pacificationis statim post Executionem Tractatus, scilicet die 30. post subscriptionem et rati-ficationem ejusdem resolvi, et finaliter quo ad formalitatem tantum ceremo-nialem terminari sub Directione Marschalci Generalis, et sub Marschalcis atque Consiliarijs Palatinatuum, characterem atque facultatem Nuntiorum Terrestrium repræsentantibus. In his autem Comitijs dictas Confoederationes resolventibus et terminantibus, statuendæ Leges, poterunt sub favore durationis Præsentis Tra-ctatus, tum sub tempus Executionis ejusdem cum assensu et scitu S. R. Mtis formari, et tanquam ab omnibus Regni Ordinibus simul in præfatis Comitijs congregatis approbandæ, omissis solitis Ceremonialibus, prævia tantum salu-tatione S. R. Mtis, perlegi, concludi, ac finaliter terminari, accedente omnium Ordinum Consensu et applausu Universali.

2do Confoederationes verò Militares utriusque Gentis præmisso quam citissimo inter ipsas et Status Tractatu, respectu præteritorum Stipendiorum per exau-therisationem anterioris Exercitus totius dissolventur ac finientur, statimque ex eodem anteriori Exercitu, durante adhuc Tractatu Præsenti, Novus Exercitus Regularis una cum Stipendijs certis et Regularibus in futurum, mediantibus Literis Regijs vulgo za Przypowiedniemi Listami Krolewskiemi według Praw y zwyczaiow dawnych erigetur, ac sub Jurisdictionem de Jure debitam, to iest pod Władzę Hetmańską restituetur prævia et provisa omnimoda Securitate et circumscriptione ex usu et commodo Reipublicæ.

His Modis et Medijs præter quæ alia secura et practicabilia nendantur non solum plena Securitas pro partibus assecurabitur, sed etiam promissa Pax et tranquillitas publica, evitatis tot bellorum cladibus et ærumnis, summoq discrimine Reipublicæ superato, feliciter ad Vota Populorum succedet.

Resolutio ad Puncta ratione Exvinculationis ex Parte Confœderatorum.

#.

Ad 1mum. In hoc Puncto duæ sunt Cathegoriæ prima nempè Securitas Mtis et Libertatis quam Cathegoriam Status Reipublicæ acceptant, et omni meliori modo manutenere spondent. Secunda verò Cathegoria est ratione Exvinculationis Confœderationis Militaris, quæ pariter spondetur, salva nihilominus reali et nunquam reditura Evacuatione quocunq modo prætensa, de qua Commissarij Statuum Reipublicæ Exercitui Saxonico addicti Reipublicæ significabunt post Excessum de Limitibus Regni salvâ itidem gratificatione Exercitibus utriusq Gentis, tum et Marschalcis, et primis capitibus quod in hoc passu Reipublicæ, non deservierunt, præmissa ergo tali Evacuatione, Exvinculatio Confœderationum tam Reipublicæ quam Exercituum utriusq Gentis in Comitijs deo dante futuris cessabunt et concludentur.

Ad 2dum. Secundum Punctum in omnibus acceptatur.

Ad 3tium. Hoc Punctum concordat cum Intitulatione et quasi unius Naturæ est, ita tamen explicatur. Transformatio Confœderationum conceditur in Comitia Regni, salva tamen earundem existentiâ, reliqua verò ceremonialia et totum Negotium ad eadem Comitiâ differtur et remittitur.

die 6. Augusti. Partykularney Jchmsciow PP. Kommissarzow międzi sobą Konferencie było Sessyi z Jchmsciami Plenipotencyaryuszami J.K. Mći, ile gdy circa Exvinculationem Confœderationum zachodzą trudnosci.

die 7. Augusti. Jchmći PP. Deputaci à Confœderatione byli u Jchmsciow PP. Plenipotencyaryuszow J.K. Mći y oddali Rezolucyą swoią in Authentico z podpisem Marszałkow na quæstye die 4. Præsentis podane, która patet superius in Annexis. videlicet sub S. #.
Gdy zas Jchmći PP. Plenipotentiarij J.K. Mći dopominali się Cathegoricam resolutionem na Deklaracyą swoię finalną respektem Exvinculationis utrarumq Confœderationum de 5 Aug: podaną. Odpowiedzieli Jchmći PP. Deputaci że chcą w tym wyprawić Postow do Krola Jmći, na co reposuerunt Jchmći PP. Plenipotentiarij Regij że w tym non contradicunt resolutioni Jch, ale postarewszy się o Respons choc z tym samym że chcą wysłać Postow do Krola Jmći.